



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Sacra-||mento Evcharistiae,|| contra Oecolampadium,
opusculum:||**

Clicthove, Josse

Coloniae, 1527

VD16 C 4208

Sanctum praeterea Ignatium, & Cyprianum: graues poenas ns[...] qui indigne sacra mysteria attraxerunt a deo inflictas, explicante[m]: eandem de ueritate dominici corporis in eucha[ristia] astruere ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-30220

DE SACRAMENTO

te octauo & nono, nec non in librorum suorum de sacramentis, tribus postremis: idem sacer antistes multifariam demonstrat.

Sanctum præterea Ignatium, & Cyprianum: graues pœnas indigne sacra mysteria atrectantibus a deo inflictas, explicantem eandem de v̄itate dñici corporis in eucharistia, astruere sententiam. Cap. XIII.

A dñciendi sunt insup supra dictis & alij sacri scriptores, non aspernandæ in ecclesia authoritatis: qui eandem sustulciant doctrinam catholicam, de præsentia dominici corporis in eucharistia. Quam in primis non obscure insinuat beatus Ignatius: episcopus Antiochenus, & sacro martyrij titulo insignis. Qui in decima suarum epistolarum (quæ est ad Ephesios ex Smyrna) ita scribit ad fideles, Ephesi agentes. Festinate frequenter accedere ad eucharistiam: & gloriam dei. Quando em̄ assidue hoc ipsum agitur: expelluntur potestates satanæ, qui actus suos conuertit in sagittas ignitas ad peccatum. Vestra autem concordia & consonans fides, ipsius est interitus, & consentaneis eius tormentum. Nihil enim melius est, quam pacem habere: in qua omne telum euacuatur acriorum & terrestrium spirituum. Et circa finem eiusdem epistolæ subnectit. In Iesu Christi nomine congregamini communiter: frangentes panem qui est medicamentum immortalitatis, antidotum non moriēdi sed uiuēdi p̄ Iesum Christum in deo, Hæc ibi. Atq̄ nuda panis materialis substātia, rametū in cōmemorationem dñicæ passionis sit sacrata: uirtutē non habet aut efficaciam expellendi pote

Ignatius.

Idem.

EVCHARISTIAE. .I 46

states sarane. Neq; illa, medicamentū est immorta-
 litatis, neq; antidotū salutare. cōtra noxium pec-
 cati uirus & mortem aiæ. Sed panis ille sup coele-
 stis & dñs uirtutū : in sacra eucharistiæ commu-
 nione, hæc præstat fidelibus beneficia. Sentit igitur
 hisce uerbis Ignatius, in sancta eucharistia uerū
 Christi corpus cōtineri, cuius cōmunionē : & tela
 neq;ssimi ignea extinguantur : & alimonia uitæ p-
 petuæ suscipiatur. ¶ Ad hæc, Beatus etiā Cypria-
 nus, episcopali dignitate & martyrij tropheo uene-
 rabilis, in epistola ad Cecilium fratrē de sacramēto
 dñi calicis: præclare inibi ostendens in calice be-
 nedictōis nō solū aquā poni debere, sed uinum a-
 quæ cōmixtum: eandē de sancta eucharistia con-
 firmat ueritatē, cū ait, Admonitos aut nos scias:
 ut in calice offerendo dominica traditio seruetur,
 neq; aliud fiat a nobis : quam quod pro nobis do-
 minus prior fecit : ut calix q in cōmemorationem
 eius offertur: mixtus uino offeratur. Nam cum di-
 cat Christus, Ego sum uitis uera, sanguis Christi
 non aqua est utique : sed uinum. Nec potest uideri
 sanguis eius quo redempti & uiuificati sumus,
 esse in calice: quando uinū desit calici, quo Chri-
 sti sanguis ostenditur: qui scripturarum omnium
 sacramento ac testimonio comprobatur. Hec ille
 Quod si sanguinis Christi quo redempti sumus,
 est in calice sub specie uini, ut hic testatur Cypria-
 nus: nonne simili omnino ratione consequens est,
 & corpus Christi pro nobis in mortem traditum
 esse in eucharistia sub specie panis? Deinde pau-
 cis interiectis: idem subiungit. Quod autem Mel-
 chisedech, typum Christi portaret; declarat spiri-
 tus sanctus in psalmis, ex psonā patris ad filiū di-
 gens. Iurauit dñs & non poenitebit eum, tu es sa-

Cy prianus.

Ioan. 15.

Idem:

Psal. 109.

DE SACRAMENTO

cerdos in æternū, secundū ordinē Melchisedech. Qui ordo, utique hic est de sacrificio illo ueniens & inde descendens: q̄ Melchisedech, sacerdos dei summi fuit, q̄ panē & uinū obtulit, q̄ Abraham benedixit. Nā q̄s magis sacerdos dei summi: quā dñs noster Iesus Christus, q̄ sacrificium deo patri obtulit. Et obtulit hoc idē, quod Melchisedech obtulerat: id est panē & uinum, suum scilicet corpus & sanguinē. Et circa. Abrahā benedictio illa. præcedens. ad nostrū populū ptinebat. Sic ille Vbi p̄hibens Christū obtulisse panē & uinū, suum scilicet corpus & sanguinē: plane indicet, in sacrificio altaris subforma panis, Christi corpus et sub forma uini, sanguinem eius uere cōtineri.

3 **C**Rursus idē sacratissimus author in sermone ad modū luculento & amplo de lapsis cōtestatur nō nullos q̄ post susceptā fidei professionē Christū negarūt: præfētanea dei ultione interdū esse p̄culos ad cæterorū terrorē & exemplum, his uerbis. Aut si in credulis q̄busdā minor fides est futuroꝝ uel præsentibus terreatur. Ecce eorum qui negauerunt, quæ supplicia conspiciamus: quos eorum tristes exitus flemus. Nec hic esse sine pœna possunt: quamuis necdum pœnæ dies uenerit. Plectūtur interim quidā: quo cæteri dirigantur. Exempla sunt omnium: tormenta paucorum. Et post enarrata aliquod rei propositæ exempla, cōtinuo sermonis illius contextu descripta: subdit.

Duo exēpla, irreuerentiā in eucharistiaꝝ fugiendā esse, monstrantia.

quædam, arcam suam in qua domini sanctum fuit tentasset aperire: igne inde surgente deterrita est, ne auderet attingere. Et quis alius, & ipse maculatus, sacrificio a sacerdote celebrato: partem cum cæteris ausus est latenter accipere. Sanctum

E V C H A R I S T I A E: I. 47.

dei edere & cōrectate nō potuit: cinerē ferre se,
 aptis manibus inuenit. Documento unius ostēsū
 est: dñm recedere, cū negatur, nec immerentibus
 ad salutē prodesse q̄ sumitur: quando gratia salu-
 taris in cinerē, sanctitate fugiente, mutatur. Quā
 multi hodie immundis spir̄tibus adiplentur: q̄
 multi usq; ad insaniam mentis excordes demen-
 tia furore quatitūtur. Nec necesse est: ire p̄ exitus
 singulorū. cū p̄ orbis multiformes ruinas tā deli-
 ctorū poena sit uaria: q̄ delinquentiū multitudo
 numerosa. Vnusq; cōsideret, nō qd̄ alius passus
 sit: sed qd̄ pati & ipse mereatur. Nec euasisse se cre-
 dat: si eū interi poena distulerit, cū timere potius
 debeat: quē sibi dei iudicis censura seruauit. Hęc
 sibi. ¶ Percōtari v̄o hic aduersarios ueli qdnā in
 utroq; ex emplorū: mō explicatorū, sacratu ipse pa-
 ter p̄ sanctam dei intelligat, an panē materialem,
 sacerdotali benedictione sanctificatū: sicut cibus
 corporalis, teste Paulo sanctificatur p̄ uerbū dei
 & orationem, an ne potius sacratissimum Christi
 corpus q̄ uere est sanctum dei: secundum illud
 angeli Gabrielis uerbum ad sacratam deo uirgi-
 nem. & q̄ nascetur ex te sanctum: uocabitur fili-
 us dei) sub specie panis in eucharistia contentum
 Rogare & illud uelim, quare tam grauis poena a
 deo immissa eos corripuit: q̄ indigne mēsam domi-
 nicam accedere sunt ausi, quemadmodū hic testa-
 tur Cyprianus si in illa tantū mō propōitur panis
 materialis terrestris eq; uinum in eduliū? Cur iti-
 dem mulier illa tentans cōtingere sanctam eucha-
 ristiam, igne ex arcula illa erumpente prohibita-
 est ne contingeret: si in ea arca nihil nisi panis triti-
 cius & materialis cōtinebatur? An tātū est nefas,
 panē illū simplicem & nudū manibus cōrectare

4

1. tim. 4

Luca. 1.

DE SACRAMENTO.

ut repentina ignis eruptione debeat cohiberi cū
 tñ singulis diebus dñicis in multis ecclesiæ Galli-
 canæ locis, panis sacerdotali orōne benedictus: di-
 stribuatur pueris innuptisq; puellis, iuris item &
 mulieribus in monumentū & repræsentationem
 sanctæ cōmunionis: quæ in primitiua ecclesia a fi-
 delibus, singulis diebus dominicis frequēbatur.
 Quid autem differat eucharistia Oecolampadia-
 na ab hmōi pane benedicto, singulo quoq; die do-
 minico laicis distribui solito, quicq; impune ab om-
 nibus contingitur: non uideo. Et siquid fortasse
 est discriminis: parui certe est momenti, nec tan-
 ti: ut tam atroci pœna decernatur. Quam etiā ob
 causam, is qui abnegatiōe fidei maculatus erat: p-
 tem sacrificij a sacerdote acceptā, uidit aptis ma-
 nibus in cinerem uersam, ut refert hic Cyprianus
 si in illa p̄ticula aliud nihil continebatur, q̄ nuda
 panis terrestris substantia, iuxta assertū aduer-
 sariorū? Certe ex grauitate uidiētæ, et horripida
 næ uirtutis oñsione, in irreuerentes circa hæc sc̄ta
 eucharistiæ mysteria: dilucide monstratur subli-
 mitas & magnitudo rei in ea contentæ. ¶ Cæterū

- 3 Oecolampadius, cōmemorata Corinthiorū pœna
 1. Cori. 11. ut beatus Paulus testificatur: & enarratis itidē a
 se punitionibus, irrogatis in eos q̄ irreuerenter eā
 attrectarint: a sc̄to Cypriano in prædicto sermōe
 de lapsis (ut supra est dictū) recitatis: suā deidē in-
 credulitatē depromit in opusculo illo suo quā im-
 probamus, his uerbis. Nō contradico: manū eē do-
 mini, sed hac rōne non euincitur: unitū panis cor-
 pus, uel corpus in pane. Etiā symbola sanctæ cre-
 10 r̄ū polluisse: uitionē a iusto deo exigit, ut in Nadab
 & Abiu, Nonne & q̄ baptisma irrident: flagellari

V CHARISTIAE. I. 48.

a deo meretur? Et non ambigo, qm̄ multi male p-
 diti sunt: qui mala conscia tigi se fecerūt. nec tamē
 propterea, aquæ addictū corpus uel sanguinē fate-
 mur, tametsi abluti sanguie Christi se ablutos glo-
 rientur: in quo baptismus consecratus est. Hæc il-
 le. Ver̄ his uerbis nō apte ref. Illic rōcinationē an-
 te positam: nec uim eius euacuat. Nempe non soli
 huic rōni inniuntur fideles ad cōprobandā eucha-
 ristiaē ueritatē: qm̄ indigne eā tractantes, a deo fla-
 gellantur. sed multo potiorē & priorē habent rō-
 nem: ad hanc fidem, eos inducentē. diuinor. s. uer-
 bor. testimoniū, toriusq; scripturæ sacræ apertā te-
 stificationē: concordem insup oīm sanctor. pat. &
 sniam. Quibus oīmib. accessoria est & hæc cōpro-
 batio: q̄ indigne contrectantes eucharistiam, præ-
 senti etiam ultione interdū plectantur: quasi dño
 sermonē suū confirmante seq̄ntib. signis. De aqua
 uero baptismi uel oleo consecrato, nullū tale habe-
 mus testimoniū a domino nr̄o, nec a scriptura sa-
 cra, nec ab ipsis doctorib. ecclesiasticis: q̄ in illis
 uere contineatur corpus Christi & sanguis. Idcir-
 co ex ultione præsentanea, a deo contemptoribus
 illor. sacror. signor. illata: nequaq̄ potest efficax
 trahi argumentū, q̄ illis assistat corpus dominicū
 & adsit, sicut eucharistiaē. Et certe flagella, a deo sa-
 cræ eucharistiaē contēptoribus inflicta, si sola su-
 mātur: non sufficiētia sunt argumenta ad nr̄i pro-
 positi comprobationē. Alijs tamen ante numerat-
 is ratiocinijs adiuncta: multum ad minuculi & ro-
 boris conferunt a. I. astruendam (q̄ elucidamus) 6
 ueritatē. ¶ Præterea in alio eiusdem libelli sui lo-
 co, Oecolāpadius consimili ingenio subterfugiēs
 callida tergiuersatione cōfessionē vitatis: nō causā
 pro causa sophistar. more assignat, cū ait, Quādo 33

Marci. 16

6

33

DE SACRAMENTO

1. cor. 11

» dicit apostolus quis ederit panem hunc, aut bibe-
 » rit de poculo dñi indigne: reus erit corporis & san-
 » guinis domini. docet in Christū redundare pecca-
 » rū eius q̄ indigne sacramenta contrectarit uel sum-
 » pserit. eo quod multo grauius sit symbola nostræ
 » religionis polluisse: quam ea q̄bus patribus con-
 » credata beneficia celebrabantur, tametsi futura
 » præsignarent. quemadmodum & in epistola ad

Heb. 12

» Hebræos colligit dicens. Videte ne aspernemini
 » eum qui loquitur. Nam si illi nō effugerūt qui a-
 » uersabantur eum qui loquebatur in terra multo
 » magis nos, si eum qui in cœlis est auersemur Hæc
 » ibi. Enimvero quod indigne manducantes panem
 » & bibentes calicem domini: constituentur rei cor-
 » poris & sanguinis domini ut dicit apostolus. non
 » ob eam sit censuram, quoniam immanius sit piaculum:
 » sacra nouæ legis signa polluisse, quam sacramenta
 » Mosaici ritus, quæadmodū obtendit Oecolampadius.
 » sed quoniam sub illis, panis & uini sacri indigne
 » sumptorū speciebus: uerū Christi corpus & sanguis
 » contineantur. Et ergo non in ipsa signa tantum: sed
 » & in ipsa signata uere ibidem præsentia, corpus
 » inquam & sanguinem domini cum: huiusmodi irreuerentia
 » redundat.

¶ Miracula, circa eucharistiæ sanctæ cōtationē a dño plerunq̄ ad fidei cōsolidationē ostēsa: nō parū etiā cōferre ad ueritatē dñi
 » ci corporis in ea astruendā. Cap. XV.

Consimilis etiam supradictæ, adhibenda est responsio ad idipsum quod prioribus suis dictis modo citatis subiicit Oecolampadius, de miraculis: ob sacre eucharistiæ præsentia factis, hoc